

SIGISMUNDUS TERTIUS DEI GRATIA

Rex Polonia, Magnus Dux Lithuania, Russia, Prussia, Maso-
via Samogitia, Livoniaq. & Nec non Suecia Rex hereditarius.
Significamus presentibus lris nris quorum interest universis et
Singulis. Exhibita Nobis fuisse in pntibus Comitibus nris certa
quedam iura Generosi Wolmeri Dompian, qua antiquissimam
emptiorem vetustissimiq. Livonia Magnatus confirmationem bonorum
eius hereditariorum Kolacz dictorum continere. Ex quibus qui-
dem lris etsi manifestum sit bona ea ab antiquissimis temporibus
privata et hereditaria fuisse, ac vero eodem quo a maioribus ipsis
possidebantur iure, ob egregia merita ipsius bellica Diva memoriae
Stephani Regis decessoris nri autoritate, eadem illi restituta
sint itaq. ad huc quiete possideat, tamen pro nostra etiam gratia
ac benignitatis erga praedictum Dompianum argumento, quod
a nobis in pnti petijt, eorundem hereditariam possessionem ipsi
optime de Republica Regni nri merito viro peculiari hoc nro
Privilegio, quo id firmiore a nobis modo ac ratione fieri potest,
corroboranda comprobandaq. duximus. quemadmodum quidem ea, iure
perpetuo et hereditario, uti illius antiquo et legitimo cum omni iure,
Dominio et proprietate, cum omnibus agris, Tabernis, Colonis, silvis,
pratibus, pascuis, piscinis, molendinis, lacubus, stagnis, utilitatibus,
qua vel nunc in ipsis bonis sunt, vel in posterum cuiusq. generis atq.
humana industria institui in illis poterunt, ac iuribus antiquitatis
ad ea bona pertinent, nullis penitus exceptis, intra eos fines quos ma-
iores ipsius et ipse sacceas ea possederunt, praedicto Dompiano atq.
heredibus illius utriusq. Sexus et Successoribus tam descendentibus,
quam Collateralibus, tenenda, possidenda, sine nro etiam consensu
alijs eadem vendenda, donan alienanda pntibus hisce corroboramus
comprobamusq. Nec Dompian eiusq. heredes in possessione bonorum
praedictorum a quoq. turbari patiemur, ac Successores etiam nros
a nemine cum eiusq. heredes turbari passuros esse spondemus ac pol-
licemur. Militia tamen ad qua caetera Nobilitas Livonica tenetur,
onere reservato. In cuius rei fidem praesentes manu nostra sub-
scripsimus, Sigillumq. Regni et Magni Ducatus Lithuaniae apprimi

Wolmar Dompian

Estr. Polent

judimus. Datum Warsavia in Conventu Regni generali
die prima Mens Junij. Anno Domini Millesimo Quingentesimo Nono,
gesimo tertio. Regni nri anno sexto

Sigismundus Rex

Sigill. Regni Po-
lonie pers.

Sigill. Magni
Duc. Lithvan.
perside.

Matthias Gröna Notarius

Actum in Commissione generali Regni et
M. D. Lithvanie Duxati die 99. die 13. Junij.

Jos Dom: Poltj

Quispius Capit. p. p.

Petrus Ostrowski

de Ostroo p. p.

Matthias Lemicki p. p.

Joanes Wilizicki p. p.

Concordare hanc Copiam
cum suo Originali Verbo
Testor hac mea manu

Paulus Helmes

S. p. p.

in usu et possessioe bonorum hereditariorum Koikatz dictorum Prasi Pol.
meri Duxat